

Boncompagnus de Signa

Cum ipsi sim desponsata cui angeli

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

Boncompagnus de Signa

Cum ipsi sim desponsata cui angeli

1194-1195

Cum ipsi sim desponsata cui angeli serviunt, et in primo profectionis voto virginitatem meam celesti Sponso compromiserim, miror quod me audes querere in amicam, et presertim cum virginitatis portem signum in vertice, velum videlicet nigrum quo innuitur me quandam speciem assumpsisse mortalitatis; unde tibi ac omnibus deberem secundum carnis delectationem procul dubio displicere. Sed, ut video, sic te illaqueavit persuasio diabolica quod nullius viri lectum violare pertimesceres ex quo Altissimi sponsam exquirere non pavescis;

sed incunctanter scias et nullatenus dubites quod tue persuasiones contra me non prevalebunt. Et si dares que habes et que habere non posses, in vanum laboras et semina mandas arene.